UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vita Et Doctrina Christi Domini

More, Henry

Antverpiae, 1649

LXV. Zachæus domo suscipit Christum. Luc. 19.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-56545

Visual Library

[7] *plebs vt vidit dedit laudem Deo.* Auguſt. " Tranſitus Chriſti intentos nos faciat ad clamandũ. Quid eſt tranſitus Chrſti? quidquid pro nobis temporaliter pertulit trãſitus eius eſt; Natus eſt? tranſiit, &c. Sedit ad dexteram Patris? ſtetit. nam eo ipſo quod verbum erat apud Deum, vtique ſtabat, &c.) & Bernardus, " *Quid vis*, ait Dominus ad Cæcum illum, *vt faciam tibi*? quanta miſeratio, quanta dignatio! Siccine Dominus ſerui quærit, vt faciat voluntatem? verè Cæcus ille quia non conſiderauit, non expauit, non exclamauit, Abſit hoc Domine; Tu magis dic, quid me facere velis; ſic enim decet, ſic omnino dignum eſt, &c.)

Aug. ſ. 52. de Paſſ.

Ber. ſ. 1. de Conuerſ. S. Pauli.

LXV.

Zachæus domo ſuſcipit Chriſtum. Luc. 19.

In dedicatione tẽpli.

1. *ET ingreſſus* [1] *perambulabat Iericho; & ecce* [2] *vir nomine Zachæus, & hic* [3] *Princeps erat Publicanorum, & ipſe* [4] *diues, &* [5] *quærebat videre* IESVM *quis eſſet, & non poterat* [6] *præ turba, quia ſtatu-*

ra [7] *puſillus erat; &* [5] *præcurrens aſcendit in arborē* [9] *ſycomorū vt videret eum, quia inde erat trāſiturus.*

Chryſ.ſ.54.

Chryſologus," Quia Chriſtus venit ſaluare quod perierat ingreditur Iericho, vt quod lex terribili vociferatione deiecerat, IESVS clamore piæ prædicationis attollat. Ex loco, perſona, officio, reatus magnitudo monſtratur, vt ex magnitudine criminis, remittentis luceat magnitudo) & Auguſtinus."

Aug ſer.8 de v.Apoſt.

Noli mœſtus eſſe; Aſcende lignum vbi pro te pependit IESVS, & videbis IESVM. Turba ſuperba, turba glorians & exultans quando ſe potuerit vindicare, impedit ne videatur ille qui pendens ait, *Pater ignoſce illis*, &c.

2. *Et cùm veniſſet ad locum* [1] *ſuſpiciens* IESVS *vidit illum, & dixit ad eum, Zachæe,* [2] *feſtinans* [3] *deſcende, quia* [4] *hodie in domo* [5] *tua oportet me* [6] *manere; & feſtinans* [7] *deſcendit, & excepit illum* [8] *gaudens; & cùm viderent* [9] *omnes murmurabant dicentes, quod ad* [10] *hominem peccatorem diuertiſſet.*

Idem.

Auguſt." Vt videremus, viſi ſumus: vt diligeremus, dilecti ſumus: magnum beneficium putabat tranſeuntem videre: ſubitò meruit in

domo

domo habere, &c.) ''Ipſe autem ſibi veniam negat, qui Deum quod ad peccatores ingreditur accuſat.) Chryſol. Chryſ. ſup.

3. [1] *Stans autem Zachæus dixit ad Dominum: Ecce* [2] *dimidium bonorum meorum Domine, do* [3] *pauperibus: & ſi quid aliquem defraudaui, reddo* [4] *quadruplum. Ait* IESVS *ad eum, quia hodie* [5] *ſalus domui huic facta eſt, eò quòd & ipſe ſit filius* [6] *Abrahæ: venit enim filius hominis* [7] *quærere, & ſaluum facere quod perierat.* Chryſologus, ''Vides quomodo erectus eſt qui iacebat: iacemus in vitiis: ſtamus cùm bonis operibus erigimur ad profectum: Ipſe poſt mortem ſe credit eſſe victurum, qui dimidium bonorum iam futuram tranſmittit ad vitam, &c.) Chryſ. ſup.

LXVI.

Parabola decem Mnarum. Luc. 19. 11.

1. *EO quòd eſſet propè Hieruſalem, & quia exiſtimarent quòd confeſtim regnum Dei manifeſtaretur, dixit: Homo quidam* [1] *nobilis abijt in regionem* [2] *longinquam, accipere* [3] *ſibi regnum, &* [4] *reuerti;* *Pro Confeſſore non Pontifice.*